



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicæ, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

Decisiones Miscellanæ

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Decisio CXXXIX. Argumentum. Ad avertendos Juvenes à conversationibus pravis declarat hæc Decisio, quæ, & quot mala insurgant ex conversatione pravorum hominum? Quibus motivis sit ab eorum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94626](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94626)

DECISIO CXXXIX.

ARGUMENTUM.

Ad avertendos Juvenes à conversationibus pravis, declarat hæc Decisio, quæ, & quomodo mala insurgant ex conversatione pravorum hominum? Quibus motivis sit ab eorum familiaritate, & amicitia abstinendum?

SUMMARIUM.

1. Conversari cum perversis quot mala gignat?
2. Fama bona perit ex conversatione cum malis.
3. Conversatio malorum aufert æternam salutem.
4. Conversatio cum malis officit Incipientibus, Proficientibus, & Perfectis.
5. Conversatio malorum quot motivis fugienda?
6. Epiphania in officio cur non dicatur Invitatorium?
7. Exempla fugienda malorum conversationis.
8. Planeta bonus mala insuit conjunctus cum maligno.

Dictum fuit, innumera esse mala insurgentia ex pravorum hominum conversatione: nam destruantur ex ea temporales facultates, ut in Roboamo Salomonis filio, qui derelinquendo consilium senum, & adhibendo adolescentes, respondit dura populo, & regnum paternum amisit. 4. Reg. 12. Bona fama, & honor, ut Dina, etsi brevi tempore conversata cum Sichemitis. Gen. 34. Hinc Vinum tuum mixtum est aqua. Isa. 1. 22. & ex hac mixtione deturpatur color, idest bonum nomen, & bona fama. Item destruitur vita temporalis, quam ferè perdidit Josaphat Rex Juda ob amicitiam Regis Achab. 3. Reg. 22. Sed periclitatur etiam salus æterna, juxta illud Psal. 17. 29. & cum perverso perverseris; quapropter Hebræi quando commixti sunt inter gentes, didicerunt opera eorum, & servierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum; & immolaverunt filios suos, & filias suas Daemonis. Psal. 105. 35.

Conversatio pravorum hominum trahit in ruinam Incipientes; nam ex eorum vel malis consiliis, vel iniquis operibus, vel importunis irrationibus, instar Zacchæi, dum querunt videre Jesum, non possunt praeter turba istorum pessimorum sociorum, quia statuta, idest devotione, pusilli sunt. Luc. 39. 3. Nec non Proficientes, quos, ad instar Exploratorum promissæ terræ, decantatis difficultatibus, & suppositis magnis periculis, ita deterrent, ut in via Dei non audeant perseverare. Num. 13. 29. Ac etiam ipsos Perfectos ruere dicta pravorum conversatio facit, ut Adamo evenit, quamvis tantis ornato donis, & à Deo præceptis, minis, ac monitis vallato; mulieris enim prævaricatæ exemplum compulit illum prævaricare. Genes. 3. 6.

Quocirca studiosi nostri addidere, tribus motivis esse abstinendum à familiaritate, & amicitia pravorum hominum. Primo, quia amici pravi sunt Vice gerentes diaboli, quos immitit, ne fideles perveniant ad cœlestem patriam; eodem modo, quo Pharao, ne Hebræi egredierentur de Ægypto, præposuit eis Magistros operum, ut affligerent eos oneribus. Exod. 1. 11. Secundo, quia imò sunt alteri Dæmones, impediētes bonum, & suādentes malum verbo, opere, & exemplo, itaut de eis dici possit; Vos ex patre Diabolo estis. Joan. 8. 44. & Syna-

8 Quo ad Tertium: Effectus & damna Amoris Carnalis Veneri sunt præcipue quatuor. 1. Aufert prudentiam. Ose. 4. 11. Fornicatio, & ebrietas auferunt cor. 2. Denigrat bonam famam. Isa. 34. 3. De cadaveribus eorum ascendet fetor. 3. Accelerat mortem corporalem. Rom. 8. 13. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. 4. Causat amissionem æternæ vitæ Gal. 5. 21. Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

4 Effectus, & damna Amoris Carnalis Naturalis ad unum præcipuum rediguntur, nempe ad transgressionem divinatorum mandatorum; siquidem parentes nimis amantes non corrigunt filios, non instruunt, neque (Tob. 1. 10.) Ab infantia timere Deum docent, & abstinere ab omni peccato. Ex multo minus, ob nimium amorem naturalem, sed carnalem, & non virtuosum, audiunt Apostolum monentem. Ephes. 6. 4. Educate filios vestros in disciplina, & correptione Domini; & præcipue Ecclesiastici non timent in eam periculosam quæstionem descendere, an licite ditentur Nepotes de redditibus Ecclesiæ? de qua Molina de Just. & Jur. tract. 2. disp. 146. & ego in Decisionibus de Penitentia decis. 10. à num. 5. usque in fin.

5 Effectus, & damna Amoris carnalis Civilis notantur ab eodem Apostolo Gal. 5. 20. dicente: Inimicitia, contentiones, convulsionem, iram, iram, dissensiones, secta, invidia, homicidia; quæ omnia considerat Sanctus Franciscus Salesius in Philot. part. 3. cap. 18. & 19.

6 Effectus vero; & damna Amoris Carnalis Spiritualis pariter ad unum reducuntur formidabile, videlicet ad fovendum amorem creaturæ, cum exterminio amoris Dei, qui inter ipsos spirituales amatores unicus esse deberet; & de hoc conqueritur Altissimus Jer. 2. 12. Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ; idest Divinæ Charitatis; & foderunt sibi cisternas dissipatas, idest reciprocas spirituales, sed non virtuosas amicitias; quæ continere non valent aquas laudabilis dilectionis.

7 Quo ad Quartum. Quæ remedia contra hos amores carnales? Plurima fuere allegata; sed duo menti, & cordi alliganda. Unum est fugere, & discedere ab his amoribus, & amatis. Gen. 35. 2. Abjicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini. Alterum cogitare vicinam mortem, & timendam, ac tremendam gehennæ futuram æternitatem. Ps. 76. 6. Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum. De Amore Venero videntur Reginaldus. 22. c. 1. 2. & 3. Card. Tolet. lib. 5. cap. 10. & seq. ac l. 8. c. 55. ubi de filiabus Luxuriæ. Arelius Episc. Torton. l. 6. Impr. 199. De Amore Naturali Paulus Segner in Christ. Instruct. p. 1. Rag. 13. & 14. & Joannes Petrus Glossanus in Documentis ad Patres famul. scriptis de mandato Sancti Caroli Borromæi, noviter impressis Paduæ Typis Seminarii, in Actis Ecclesiæ Patavina pag. 213. De Amore Civili Sanct. Franc. Salesius in Philotea d. pag. 3. cap. 18. Arelius l. 6. Impr. 168. & Segner. p. 3. Rag. 27. & 28. De Amore tandem spirituali P. Franc. Stadiera, Inganini della vita Spirituale c. 13. cap. 15. & cap. 22. & B. Angela Fulginatensis in Vita cap. 1. Reg. ult. pag. 223.

Doct. Clericali Tom. II. Lib. IX,

Synagoga Satana, Apot. 2. 9. Et *Tertio*, quia peiores sunt ipso Diabolo: hic enim suggerendo tentat, non impellendo, compellendo, & vim faciendo, ut amici pravi, & focii iniqui faciunt; itaut de ipsis pluries dici possit; *Qua perfecisti*, idest bona opera, destruxerunt. *Psal.* 10. 3.

- 8 Igitur concludere: omnino esse cavendum à pravis amicitiiis, & fugiendum à malorum conversatione, quamvis bene agere jactitarent; nam Ecclesia Sacri Epiphaniæ diei *Invitatorium* in officio & Plalmum *Venite* omittit, ad docendum Magos, ne Herodis societatem sumant in pueri Divino quærendo. Magistri in *Hierolexic. Verb. Invitatorium*. Juvenem malis Sociis adhærentem Custos Angelus alapa percussit. *Menoch. Struor. Cent. 2. cap. 13. & Cent. 6. ad pag. 362.* Quod de S. Franciscæ Romana refert etiam Paulus Segneri in *Panegy. Angeli Custod. pag. 614.* Et cineres SS. Martyrum admixtos cum impiorum, jussu Daciani Syracusani, miraculose segregatos testatur Ribadencira in *Vita Extravag. S. Engratia* 16. Aprilis. Hinc semper esse memoriæ tenendum: *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; & qui communicaverit superbo, induet superbiam.* *Ecl. 13. 1.* Sicur Speculum nitidum maculatur flatu, & planeta bonus mala influit, si conjungatur cum maligno; ita conscientia pura pervertitur conversatione malorum. Hac de causa populo Dei veritum fuerat, ita: *Cave, ne unquam cum habitatoribus* (scilicet Amorrhæis, & Chananæis) *terra illius jungas amicitias, quæ sunt tibi in ruinam;* ut late profectur P. Didacus Stella *part. 2. cap. 71.* P. Paulus Segneri in *Christian. Instruēt. part. 1. ragion. 21. & par. 3. Rag. 33. num. 4. & 5. S. Franciscus Salesius part. 3. cap. 20. 21. & 22. Ad Philot. Episcop. Bituntinus Cont. 2. de duab. dilectionib. Paulettus in Conc. Dom. 4. post Epiphaniæ & Veratus super versibus Catonis cum bonis ambula.*

DECISIO CXL.

ARGUMENTUM.

Eleganti, sed docto stylo declaratur. 1. Quid sit Ira? 2. Quotuplex? 3. Quæ ejus filia; 4. Quot species iratorum hominum? 5. Quæ mala nascantur ex ira? 6. Quibus remediis ira curetur?

SUMMARIUM.

1. Ira quid sit?
2. Ira duplex, Virtuosa, & Vitiosa.
3. Vitiosa quot modis contingat?
4. Iracundus similis cani latranti.
5. Ira filia sex. Et quæ?
6. Iracundorum genera tria.
7. Ira similis torrenti, qui facit mala quatuor.
8. Ira curatur remediis decem.
9. Thomas Morus quomodo reprimebat iram?
10. Mala pœna cur permittantur nobis à Deo?

1 AD Primum dixere: Quod Ira sit accensio sanguinis circa cor, propter apprehensionem contemptus, cum appetitu vindictæ. *Arist. 1. de Anima cap. 2. & ibi Maurus tom. 4. n. 14. pag. 214.* Alii: Quod sit immoderata cupiditas puniendi, & ulciscendi eum, à quo sumus injuria lassi. Ex *Cicer. lib. 2. Rhet. cap. 2. & ex Azotio tom. 1. lib. 3. cap. 17. de Ira quæst. 1. pag. 164.*

Ad Secundum. Quod ira sit duplex. Virtuo-

sa, quando irascimur contra vitia, contra demone, contra peccata, contra malas nostras inclinationes, ad eas cohibendas, juxta illud: *irascimini, & nolite peccare.* *Psal. 4. 5. & Ecl. 7. 4. Melior est ira risu, quia per tristitiam vulnus corrigitur animus delinquentis.* *Arist. lib. 3. Ethic. cap. 8. num. 6.* Et hæc facit hominem fortem Maurus in *Comment. ibi tom. 2. pag. 78. Card. Tolet. lib. 8. cap. 57. num. 1.* Carol. de Matta de *Canonizatione Sanctor. part. 2. cap. 10. num. 27.* Et *Vitiosa*, quæ accidit quinque modis. 1. Irascendo, quibus non oportet, ut de equo, de saxo, de hilo, de calamo, de aleis. 2. Ex causis, ex quibus non oportet: ut de fractura vitri, ex effusione ampullæ. 3. Magis, quam oportet, ut exclamando, vel percutiendo filios. 4. Citius, quam oportet, non expectando plenam informationem. Et 5. Longiori tempore, quam oportet, retinendo iracundiam, juxta illud *Ecl. 7. 10. Ira in sinu stulti requiescit.* *Arist. lib. 4. Ethic. cap. 5. Maurus ibid. num. 7. 8. pag. 109. Et Ethic. lib. 7. cap. 6. ubi iracundum facit tumilem cani latranti, & nescienti contra quem, & utraquam oporteat: quod explicat etiam Paulus Segneri in *Christian. Instruēt. part. 1. rag. 21. num. 4. & seqq.**

Ad Tertium pariter dixere; sex esse filias Iræ. Indignationem in corde. Tumorem mentis, cogitando modum vindictæ. Clamorem, inordinate, & confulse loquendo. Contumeliam, profereudo verba injuriosa. Maledictionem vel in Deum per blasphemias, vel in proximum per imprecationes. Et Rixam percutiendo, vulnerando, belligerando. S. Thomas 1. 2. quæst. 46. art. 6. & 2. 2. quæst. 158. art. 7. Reginald. in *praxi lib. 21. num. 126.*

Ad Quartum: tres esse species iratorum hominum. Nam alii vocantur *Acri*, seu veloces ad iram, quam tamen cito deponunt. Alii *Amaruli*, qui iram diu retinent. Tertii *Inferi*, qui absque vindicta non placantur. *Arist. d. lib. 4. Ethic. cap. 5. & ibi Maurus in Comment. num. 7. 8. 9 & 10. S. Gregorius lib. 5. Moral. cap. 3. Reginaldus d. lib. 21. num. 124.*

Ad Quintum scribere, Iram ea mala facere; quæ causantur à Torrentibus, scriptum est enim: *Spiritus ejus velut Torrens inundans usque ad medium collis, ad perdendas gentes in nihilum.* Torrens quatuor mala facit. Destruit vias: corrodit campos: submergit vicina loca: & omnia sibi obviantia diluit. Sic Primò, Ira destruit vias rationis, nam *Ira viri Justitiam Dei non operatur.* *Jac. 1. 20.* siquidem dum perturbata mens iudicium suæ rationis exasperat, omne, quod furor suggerit, rectum putat. S. Greg. *di. lib. 5. Moral. cap. 3.* Secundò, corrodit vires corporis, quia *Zelus, & iracundia minuit dies.* *Ecl. 30. 26.* Tertio consumit facultates, & bona. Qui seminat iniquitatem, metet mala: & *Virga ira sua consummabitur.* *Prov. 22. 8.* Et Quarto, offendit propinquos, & amicos. *Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati spiritus ferre qui poterit?* *Prov. 27. 4.*

Ad Ultimam indixere sequentia remedia decem. Videlicet, Primum: Noni sibi rationem dare, sed propriis demeritis offensam tribuere; nam ut inquit S. Augustinus *lib. de Vera Innoc. cap. 3.* Nulla irascenti sua Ira videtur injusta. Secundum: tardum esse ad irascendum, dicebat enim Seneca *lib. 2. de Ira cap. 26. Magnum Ira remedium, Mor-*